



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum Deus possit aliquid operari in rebus creatis præter causas  
naturales, vel contra naturam, uel contra cursum naturæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)



illorum, qui dicunt animā accidentaliter vniri cor-  
 pori, sicut nauā nauī, aut hominem indumēto. Vn-  
 de & Plato dixit, q̄ homo est anima corpore indu-  
 ta, vt Grego. Nyssenus narrat. Sed hoc stare nō po-  
 test, quia sic homo non esset ens per se, sed per acci-  
 dens: nec esset in genere substantiā, sed in genere  
 accidentis, sicut hoc q̄ dico vestitum, & calciatum.  
 Patet etiam, q̄ rationes supra inductā de corpori-  
 bus mistis, nō habent locū in homine: nam homo  
 ordinat ad p̄fectionē vniuersi, vt essentialis pars ip-  
 sius, cum in homine sit aliquid quod non contine-  
 tur virtute, nec in clemētis, nec in celestibus corpo-  
 ribus, anima rationalis. Corpus etiam hominis or-  
 dinatur ad hominem, non secundum animale m vi-  
 tam tantum, sed ad p̄fectionem naturā ipsius. Et  
 quāuis corpus hominis sit ex cōtrariis compositū,  
 inerit tñ principium incorruptibile, quod poterit  
 p̄seruare a corruptione absque violētia: cū sit intrin-  
 secū. Et hoc poterit esse sufficiens principii motus,  
 motu celi cessante, cū a motu celi non dependeat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod per carnem  
 & sanguinē intelligitur corruptio carnis, & sangui-  
 nis. Vnde in eadem autoritate subditur, neq; cor-  
 ruptio incorruptelam possidebit.

AD SECVDVM dicendū, q̄ motus est causa mi-  
 stionis, secundū fieri: sed conseruatio eius est p̄ for-  
 mam substantialem, & ulterius per principia celo  
 altiora, vt in superioribus quaestionibus patet.

AD TERTIVM dicendum, quod anima rationalis  
 ex p̄fecta vnione ad Deum, omnino super mate-  
 riam victoriam habebit: & sic licet materia sibi reli-  
 cta corruptibilis sit, tamen ex virtute animae incor-  
 ruptionem fortiretur.

AD QVARTVM dicendū, q̄ sensibilitas in hoīe est  
 a principio incorruptibili, scilicet ab anima rationa-  
 li, in brutis autē est a principio corruptibili: & ideo  
 corpus sensibile hominis in perpetuum potest reman-  
 ere, non autem corpus sensibile bruti.

AD QVINTVM dicendū, q̄ anima corpori vnita plus  
 assimilatur Deo, quā corpore separata, quia perfe-  
 ctius habet suam naturam. Intm enim vnūquodq;  
 Deo simile est, in quantum perfectum est, licet non  
 sit vnus modi p̄fectio Dei, & p̄fectio creature.

AD SEXTVM dicendum q̄ anima corpori vnita  
 non multiplicatur per modum formarum materia-  
 riarum, quā sunt diuisibiles diuisione subiecti, sed  
 in se remanet simplex & vna: vnde eius operatio  
 non impediatur ex corporis vnione, quando cor-  
 pus omnino erit subiectum animae, nunc autē im-  
 peditur ex corporis vnione, propter hoc q̄ anima  
 non perfecte dominatur in corpore.

AD SEPTIMVM dicendū, q̄ appetitus naturalis ele-  
 mentorū tendendi in propria loca, per dominium  
 animae in corpus retinebitur, ne dissolutio elemen-  
 torum fiat: quia elementa perfectius esse habebunt  
 in corpore hominis, quā in suis locis habent.

AD OCTAVVM dicendum, quod motus cordis in  
 homine causabitur ex natura animae rationalis, quae  
 a motu celi non dependet: & ideo motus ille non  
 cessabit, motu celi cessante.

AD NONVM dicendum, q̄ omnia membra cor-  
 poris remanebunt, non propter vsus animalis vitae:  
 sed propter p̄fectionem naturae hominis.

QVAES. T. I. O. VI.

De miraculis.

Et habet decem articulos.

¶ Primo enim quaeritur, Vtrum Deus possit in reb̄

creatis aliquid operari praeter causas naturales,  
 vel contra naturam, vel contra cursum naturae.

¶ Secundo, Vtrum oīa quae Deus facit contra natu-  
 rā vel contra cursū naturae, possint dici miracula.

¶ Tertio, Vtrum creaturae spirituales sua naturali  
 virtute possint miracula facere.

¶ Quarto, Vtrum boni Angeli, & homines per ali-  
 quod donum gratiae miracula facere possint.

¶ Quinto, Vtrum daemones cooperentur ad mira-  
 cula faciēda.

¶ Sexto, Vtrum daemones vel Angeli habeant cor-  
 pora sibi naturaliter vnita.

¶ Septimo, Vtrum Angeli, vel daemones possint  
 corpora assumere.

¶ Octauo, Vtrum Angelus, vel daemones, vel corpus  
 assumptum possit operationes viuētis corporis  
 exercere.

¶ Nono, Vtrū opatio miraculi sit attribūda fidei.

¶ Decimo, Vtrum daemones cogantur aliquibus  
 sensibilibus, & corporalibus rebus factis, aut ver-  
 bis ad miracula faciēda, quae per magicas artes  
 fieri videntur.

ARTICVLVS PRIMVS.

QVAESTIO est de miraculis. Et primo quaeritur,  
 Vtrum Deus possit in rebus creatis ali-  
 quid operari praeter causas naturales, vel cōtra  
 naturam, vel cōtra cursum naturae. Et videtur q̄ nō:  
 quia in glos. Rom. 11. dicitur, Deus omnium natu-  
 rarum conditor, nihil contra naturam facit.

¶ 2 Præ. Alia gl. dicit ibidem, contra legem natu-  
 rae tam Deus facere non potest, quā contra seip-  
 sum: contra seipsum autem nullo modo facere po-  
 test, quia seipsum negare non potest, vt dicitur se-  
 cundū Tim. 2. ergo nec cōtra naturā ordinem, qui  
 est lex naturae, Deus facere non potest.

¶ 3 Præ. Sicut ordo humanae iustitiae deriuatur a di-  
 uina iustitia, ita ordo naturae deriuatur a diuina sapien-  
 tia: ipsa. n. est quae disponit oīa suauiter, vt dī Sapi. 8.  
 Sed contra ordinem humanae iustitiae Deus facere  
 nō potest. sic enim esset causa peccati, quod solum  
 ordini iustitiae repugnat: cum ergo non minor sit  
 Dei sapientia quā eius iustitia, videtur quod nec  
 contra ordinem naturae facere possit.

¶ 4 Præ. Quandoquocūq; Deus operatur in creaturis  
 per rōnes seminales, nō sit aliqd cōtra naturā cur-  
 sum: sed nō pōt Deus aliqd cōuenienter operari in  
 natura praeter rōnes seminales naturae inditas. ergo  
 Deus nō pōt cōuenienter cōtra cursum naturae fa-  
 cere. Probatio media. Aug. enim dicit in 3. de Trin.  
 q̄ visibiles apparitiones patribus exhibitae sunt me-  
 diante ministerio angelorum, ex hoc q̄ Deus cor-  
 pora regit per spiritus. Sed similiter corpora infe-  
 riora regit per superiora, vt in eodem libro ipse di-  
 cit: & similiter pōt dici, q̄ effectus quo oslibet regit p̄  
 causas. cum ergo in causis naturalibus rationes se-  
 minales sint inditae, videtur quod Deus cōuenien-  
 ter non possit operari in effectibus naturalibus, ni-  
 si rationibus seminalibus mediantibus, & sic nihil  
 fiet ab eo contra cursum naturae.

¶ 5 Præ. Deus nō potest facere q̄ affirmatio, & ne-  
 gatio sint simul vera: quia cum hoc sit contra ratio-  
 nem entis, in quantum est ens, est etiā contra ratio-  
 nem creaturae: prima namq; rerū creaturarum est eē,  
 vt dī in libro de Causis. Prædictum autē principii,  
 cum sit primum inter omnia principia, in quod om-  
 nia alia resoluntur, vt probatur in 4. Metaphysic.  
 oportet q̄ in qualibet necessaria propositione in-  
 cludatur,

Glo. ordin. ibi cōtra naturam in ser- tas. et.

Li. 7. c. 11. & 11. com. 3.

Lib. 3. cap. 4. tom. 3.

In prop. 4.



cludatur, & q̄ eius oppositum includatur in quolibet impossibili. cum ergo ea quæ sunt contra cursum nature, sint impossibilia in natura, sicut cecum fieri videntem, & mortuum fieri viuentem, in hōi oppositum dicti principii includatur. ergo ea quæ sunt contra cursum nature, Deus facere nō potest.

¶ 6 Præ. Quædam glossa dicit Ephē. 3. quōd Deus contra causas, quas voluntate instituit, mutabili voluntate nihil facit: sed causas naturales Deus voluntate sua instituit. ergo contra eas nihil facit, nec facere potest, sicut non potest esse mutabilis: mutabilitas enim voluntatis videtur, cum aliquis facit contra id quod prius voluntate instituit.

¶ 7 Præ. Bonum vniuersi est bonum ordinis, ad quem pertinet cursus naturalium rerum: sed Deus non potest facere contra bonum vniuersi, quia ex sua bonitate summa prouenit, quōd omnia sint valde bona secundum ordinē vniuersi. ergo Deus non potest facere contra cursum naturalium rerum.

¶ 8 Præ. Deus non potest esse causa mali, malū autem sūm Augustinum est priuatio modi, speciei, & ordinis. ergo Deus non potest facere contra cursum nature, qui pertinet ad ordinem vniuersi.

¶ 9 Præ. Gene. 1. dicitur, quod Deus die septimo cessauit ab omni opere quod pararat: & hoc ideo sūm glossam, quia cessauit a nouis operibus condendis: sed in operibus sex dierum non fecit aliquid cōtra cursum nature. Vnde Augustinus dicit 2. super Gene. ad litteram, quod in operibus sex dierum non quaeritur quid Deus miraculose facere posset: sed quid rerum natura patiatur, quā tunc Deus instituit. ergo nec potest Deus aliquid fecit contra nature cursum.

¶ 10 Præ. Secundum Philosophum in 7. Metaphy. potest facere aliquid nisi ordinatum, quia ut dicitur Rom. 13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt. ergo non potest facere aliquid contra naturam.

¶ 11 Præ. Sicuti nō humana a Deo est, ita & natura: sed contra principia rationis Deus facere non potest, sicut quod genus de specie non prædicetur, vel quod latus quadrati sit commensurabile diametro: ergo nec contra principia nature Deus facere potest.

¶ 12 Præ. Totus nature cursus a diuina sapientia progreditur, sicut artificata ab arte humana, ut Augustinus dicit super illud Ioan. Quod factum est in ipso, vita erat: sed artifex non facit aliquid contra artem suā, nisi per errorem, qui in Deo esse non potest. ergo nec Deus facit aliquid contra cursum nature.

¶ 13 Præ. Philosophus dicit in 2. Physicorum quod si cut agitur vnum quodque, ita natū est agi: sed quod ita natum est agi sicut agitur, nō fit contra cursum nature, ergo nihil fit contra nature cursum.

¶ 14 Præ. Ansel. dicit, quod minimum inconueniens Deo est impossibile: inconueniens autem est quod cursus nature mutetur, conueniens est autē quod seruetur. ergo impossibile est quod Deus contra cursum nature faceret.

¶ 15 Præ. Sicut se habet scientia ad falsum, ita se habet potentia ad impossibile: sed Deus non potest scire id quod est falsum in natura. ergo Deus non potest facere id, quod est contra cursum nature: quia hoc est impossibile in natura.

¶ 16 Præ. Magis est impossibile quod est impossibile per se, quod est impossibile per accidens, quia quod per se est tale, magis est tale: sed id quod fuit, non fuisse est impossibile per accidens, quod tamē Deus facere non potest, ut Ieron. dicit, & et Philosophus

in 6. Ethic. ergo nec quæ sunt contra cursum nature, quæ sunt impossibilia per se, ut cæcum videre, facere Deus non potest.

¶ 17 Præ. Secundum Philosophum in tertio Ethic. Violentum est, cuius principium est extra, nil conferente vim passio: sed ad ea, quæ sunt contra cursum nature, res naturales conferre non possunt, ergo si a Deo fiant, erunt violenta, & sic non erunt permanentia, quod videtur inconueniens: nam cæcis illuminatis diuinitus permanet visus.

¶ 18 Præ. Cum omne genus per potentiam, & actum diuidatur, ut patet in 3. Physicorum, ad potentiam autem potentia passiuæ pertinet, ad actū autē actiuæ, oportet quod illa potentia sola passiuæ inueniatur in natura, ad quæ inuenitur potentia actiuæ naturalis, hoc enim est eiusdem generis, & hoc etiam dicit Commen. in 9. Metaphy. sed ad ea, quæ sunt contra cursum nature, nō inuenit aliqua potentia actiuæ naturalis. ergo nec potentia passiuæ. sed illa, respectu quorū nō est potentia passiuæ in creatura, dicimus non posse fieri, quāuis Deus per suam omnipotentiam omnia facere possit. ergo ea quæ sunt contra cursum nature, fieri non possunt per defectum creature, & si non propter defectum diuinæ potentie.

¶ 19 Præ. Quicquid Deus aliquando facit, nō esse inconueniens: etiam si semper faceret: esset autē inconueniens, si Deus omnes effectus naturales crearet nō mediatis causis naturalibus: quia tunc res naturales suis operationibus destituerentur. ergo inconueniens est quod aliquem effectum in istis inferioribus faciat aliquando non mediatis causis naturalibus. Eis autē mediatis causis nō facit aliquid contra cursum nature, ergo Deus nihil facit cōtra cursum nature.

¶ 20 Præ. Causa per se essentialē ordinē habet ad suū effectum, & e conuer. sed Deus nō potest aliquid rei auferre quod est sibi essentialē ea manere, sicut quod sit homo, & non sit animal: ergo non potest effectum aliquē producere sine causa naturali, quæ ad huiusmodi effectum habet essentialē ordinē, sicut quod faciat visum sine causis naturalibus, ex quibus visus natus est causari.

¶ 21 Præ. Inconueniens est, ut magis bonum dimittatur per minori bono: sed bonū vniuersi est maius quā aliquid bonum particulare cuiuscumque, unde Augustinus dicit, quod Deus fecit bona etiam singula, simul autē omnia valde bona per ordinē vniuersi. ergo inconueniens est, quod per salutem alicuius hominis vel alicuius gentis, Deus mutet cursum nature, qui pertinet ad ordinē vniuersi, in quo bonum eius consistit. nunquam ergo Deus facit contra cursum nature.

SED CONTRA. A priuatione habitum nō potest fieri regressus sūm naturam, sit autem operatione diuina: unde dicit Mat. 11. Cæci uident, surdi audiunt, &c. ergo Deus facit aliquid contra cursum nature.

¶ 22 Præ. Potestas superioris nō dependet a potestate inferioris, nec secundum eā limitatur: sed Deus est superior quā natura, ergo nō limitatur eius potentia sūm potentiam nature. Et sic nihil prohibet ipsum operari aliquid contra cursum nature.

RESPON. Dicendū, quod absque omni dubio Deus in rebus creatis, potest operari præter causas creatas: sicut & ipse operatur in omnibus causis creatis, ut alibi ostensum est. Et operando præter causas creatas potest operari eodē effectus, quos eisdem mediatis operatur, & eodem ordine: vel etiam alio, & alio ordine: & sic potest aliquid facere cōtra ordinē, & solum cursum nature, cuius ueritas manifeste

De nat. bo- ni c. 4. tom. 6

Gl. ordin.

Parum a prin. tom. 7.

A med. illi? tom. 9.

Tex. 75. to. 3

Lib. 1. cur Deus homo ca. 29. circa princ.



Lib. 1. co. 37. tom. 1.

D. 1194.

In 1. arg.

In corp. art.

manifestabitur ratio, si ea consideremus, quae huic  
 veritati aduersari videntur. Quae quidem sunt tria,  
 primum est quorundam antiquorum Philosopho-  
 rum opinio, qui posuerunt istas res corporeas non  
 habere aliam causam superiorem, quae sit eis causa  
 essendi: & sic posuerunt eorum aliqui, vt Anaxa-  
 relle dicitur causam alicuius motus in eis, vt segrega-  
 tionis. Secundum autem hanc positionem, a nulla  
 causa supernaturali naturales forma: quae sunt natu-  
 raliu[m] actionu[m] principia, possunt immutari, nec  
 earum operationes impediri: & sic nihil potest fieri  
 contra cursum naturae, qui ex necessitate hanc cau-  
 sam corporaliu[m] ordinatur. Sed haec positio est  
 falsa, quia oportet illud, quod est principium in  
 entibus, esse causam essendi omnibus alijs: sicut fini-  
 me calidum, est causa caliditatis omnibus alijs, vt di-  
 citur in secundo. Metaphysic. Et de hoc plenius alibi  
 tractatum est, ubi ostensum est quod nihil potest esse  
 nisi a Deo. Secundum autem, quod praedictam ve-  
 ritatem impedire potest, est opinio aliorum Philo-  
 sophorum, qui dixerunt Deum esse causam omnium  
 entium per eius intellectum. Sed dixerunt, quod Deus  
 de entibus habet vniuersalem quandam cognitio-  
 nem, in quantum cognoscit seipsum, & quod ipse est prin-  
 cipium essendi omnibus entibus: non autem pro-  
 priam de vnoquoque. A scientia autem eorum, & vniuer-  
 sali non sequuntur particularis effectus: nisi median-  
 tibus particularibus conceptibus. Si enim sciam, quod  
 ois fornicatio est fugienda, non fugiam hunc actum:  
 nisi accipiam hunc actum, esse fornicationem. Et se-  
 cundum hoc dicunt quidam, quod a Deo non progre-  
 djuntur effectus particularis: nisi mediatis causis  
 alijs, per ordinem quarum superiores sunt magis vni-  
 uersales, inferiores vero magis particulares, & sic  
 hoc Deus nihil poterit facere contra cursum natu-  
 rae. Sed ista positio est falsa, nam cum Deus seipsum p[er]se  
 cognoscat, oportet quod cognoscat quicquid in ip-  
 so quocumque modo est: in eo autem est similitudo  
 cuiuslibet causati, in quantum nihil esse potest quod eum  
 non imiteretur: vnde oportet, quod de omnibus propria  
 cognitione habeat, sicut alibi plenius ostensum est. Ter-  
 tium, quod posset praedictam veritatem impedire, est positi-  
 o quorundam Philosophorum, qui dixerunt Deum  
 ex necessitate naturae res agere, & sic oportet quod eius  
 operatio determinetur ad istum cursum rerum, quod est  
 secundum naturam ordinatum: vnde contra eum facere non po-  
 terit. Sed hoc et patet esse falsum, nam supra omne  
 quod ex necessitate naturae agit, oportet aliquid esse  
 quod naturam ad vnum determinet, sicut alibi ostensum  
 est: vnde impossibile est, quod Deus quod est primum  
 agens, ex necessitate naturae agat, quod est in alia quod  
 ne multipliciter ostensum est. His ergo tribus habi-  
 tis, scilicet quod Deus sit rebus naturalibus causa essendi, & quod  
 propriam cognitionem, & prouidentiam habeat de  
 vnoquoque, & quod non agat ex necessitate naturae, se-  
 quitur quod potest praeter cursum naturae aliquid age-  
 re in particularibus effectibus, vel quantum ad esse,  
 in quantum aliquam nouam formam inducit rebus  
 naturalibus, quam natura inducere non potest, si-  
 cut formam gloriae: aut huic materiae, sicut visum  
 in caeco: vel quantum ad operationem, in quantum  
 retinet operationes rerum naturalium, ne agant  
 quod naturae sunt agere, sicut quod ignis non com-  
 burat, vt patet Dan. 3. vel quod aqua non fluat, vt  
 patet de aqua Iordanis. Iosue 5.

**A** quod n[on] ignis corrumpatur, & naturam particularem  
 huius ignis est unde Philo[osophus] dicit in 2. Coeli, & mundi,  
 quod corruptio, & defectus omnis co[n]tra naturam est. Co[n]tra naturam vero vniuersalem,  
 nulla res naturalis agit: dicitur enim natura particu-  
 laris secundum ordinem particularis causae ad parti-  
 cularem effectum; natura vero vniuersalis secundum  
 ordinem primi agentis in natura, quod est coelum, ad  
 omnia inferiora agentia. Cum autem nullum inferio-  
 rum corporu[m] agat, nisi per virtutem celestis corpo-  
 ris, impossibile est quod aliquid corpus naturale agat  
 contra naturam vniuersalem. Sed hoc ipsum, quod  
 aliquid agit contra naturam particularem est secun-  
 dum naturam vniuersalem. Sicut autem coeli est cau-  
 sa vniuersalis, respectu inferiorum corporu[m]: ita Deus  
 est causa vniuersalis respectu omnium entium, respectu  
 cuius etiam ipsum coelum est causa particularis. Nihil enim prohibet vna, & eandem causam esse uni-  
 uersalem respectu inferiorum, & particularem respectu  
 superiorum, sicut, & in praedicabilibus accidit:  
 nam animal, quod est vniuersale respectu hominis,  
 est particulare respectu sublimitatis. Sicut ergo per vir-  
 tute[m] caeli potest aliquid fieri contra hanc naturam parti-  
 cularem, nec tamen est hoc contra naturam simplici-  
 ter, quia hoc est secundum naturam vniuersalem: ita  
 virtute Dei potest aliquid fieri contra naturam uni-  
 uersalem, quae est ex virtute caeli, non tamen erit con-  
 tra naturam simpliciter, quia erit secundum naturam  
 vniuersalissimam, quae consideratur ex ordine Dei ad  
 omnes creaturas. Et ex hoc intellectu Aug[ustinus] dicit in  
 gl[oss]a inducta, quod Deus nihil contra naturam facit. Vnde sub-  
 iungitur, quia hoc est vnicuique natura, quod Deus fa-  
 cit. Et ex hoc etiam patet Responso ad secundum. Nam  
 in illa glossa loquitur Au[ustinus] de summa lege naturae, quae  
 attenditur secundum ordinem Dei ad omnes creaturas.  
**B** Ad tertium dicendum, quod sicut ex dictis patet, licet  
 Deus possit facere contra ordinem, qui est vnius creaturae  
 ad aliam, quod est quasi naturae particularis respectu ip-  
 sius: non tamen potest facere contra ordinem creaturae ad  
 seipsum: iustitia autem hominis consistit principali-  
 ter in debito ordine hominis ad Deum. vnde contra  
 ordinem iustitiae Deus facere non potest. Cursum autem  
 naturae, est secundum ordinem vnius creaturae ad aliam:  
 & ideo contra cursum naturae Deus facere potest.  
**C** Ad quartum dicendum, quod sicut Deus potest face-  
 re praeter causas naturales effectus in rebus corpo-  
 ralibus, ita potest facere praeter ministerium ange-  
 lorum, non tamen est eadem ratio faciendi praeter vtrumque:  
 nam praeter causas naturales facit, vt homo effectum  
 quem causis visibilibus attribuere non potest, in aliquo  
 superiore causam reducere cogatur: vt si ex visibili  
 miraculo, diuina potentia manifestetur. Operatio-  
 nes autem angeloru[m] non sunt visibiles: vnde eoru[m] ministere-  
 riu[m] non impedit, quin homo in diuina potentia solidera-  
 tionem adducat. Et pro hoc Aug[ustinus] non dicit, quod praeter mini-  
 steriu[m] angeloru[m] non possit operari, sed quod non operari.  
**E** Ad quintum dicendum, quod sicut Deus non potest fa-  
 cere, quod affirmatio, & negatio sint simul vera, ita non  
 potest facere ea, quae sunt impossibilia in natura, in quantum  
 praedictum impossibile in se clauditur: sicut patet quod mor-  
 tuum viuificare, claudit in se contradictionem, si ponatur a  
 principio intrinseco naturaliter mortuus ad vitam  
 redire: nam de ratione mortui est, quod sit privatus princi-  
 pio vitae, vnde Deus hoc non facit: sed facit, quod mortuus  
 ab exteriori principio vitam iterato acquirat, quod con-  
 traditionem non includit: & eadem ratio est de alijs,  
 quae sunt impossibilia natura, quae facere potest.

Quaest. dis. S. Thomae. H AD



AD SEXTVM dicendū, q̄ Deus non facit cōtra ra-  
tiones naturales mutabili voluntate, nam Deus ab  
eterno praeiudicā, & voluit se facturum quod in tem-  
pore facit. Sic ergo instituit naturā cursū, ut ta-  
men praeordinaretur in aeterna sua voluntate, quod  
praeer cursū istum quandoque facturus erat.

AD SEPTIMVM dicendū, q̄ Deus faciendū prae-  
ter cursū naturā, non remouet totū ordinē vni-  
uersi, in quo consistit bonum ipsius: sed ordinē ali-  
cuius particularis causā ad suum effectū.

AD OCTAVVM dicendū, q̄ malum poenae est con-  
tra ordinē vnius partis vniuersi ad aliam partem, &  
similiter malū cuiuslibet defectus naturalis: sed ma-  
lum culpae est contra ordinem totius vniuersi ad fi-  
nem vltimum, eo q̄ voluntas, in qua est malum cul-  
pae, ab ipso vltimo fine vniuersi deordinatur per cul-  
pam, & ideo huiusmodi mali Deus causā esse nō po-  
test: contra hunc enim ordinem agere non potest,  
licet posset agere contra ordinem primum.

AD NONVM dicendū, q̄ miraculū non fit a Deo  
nisi in creaturis p̄xistētibus, quae aliquo mō in ope-  
ribus sex dierū praeiudicauerunt. Vnde opera miracu-  
losa materialiter in operibus sex dierū praecesserūt,  
licet tunc non oportuerit aliquid miraculose fieri cō-  
tra cursū naturā, quando natura instituebatur.

AD X. dicendū, q̄ natura est causa ordinationis  
in oibus naturalibus, non autē in oibus simpliciter.

AD XI. dicendū, q̄ Logicus, & Mathematicus cō-  
siderant tantum res secundū principia formalia, Vn-  
de nihil est impossibile in logicis, vel mathematicis,  
nisi quod est cōtra rei formālē rōnem. Et hōi im-  
possibile in se contradictionem claudit, & sic est p̄  
se impossibile. Talia autē impossibilia Deus facere  
nō pōt. Naturalis autē applicat ad determinatā mate-  
riam, vnde reputat impossibile etiam id, qd̄ est huic  
impossibile, nihil autem prohibet Deum posse face-  
re, quae sunt inferioribus agentibus impossibilia.

AD XII. dicendū, q̄ ars diuina nō totam seipsam  
explicat in creaturarum productione, & ideo eam ar-  
tem suam potest alio modo aliquid operari, quā ha-  
beat cursū naturā, vnde nō sequitur, q̄ si potest fa-  
cere cōtra cursū naturā, q̄ possit facere s̄ suam  
artem: nam & homo artifex potest aliud artificiatū  
facere per suā artem, contrario modo q̄ prius fecit.

AD XIII. dicendū, q̄ Phil. loquitur de his que in  
natura agunt: ea. n. aguntur sicut apta nata sunt agi.

AD XIV. dicendū, q̄ cursū naturā seruari est  
conueniens, secundum quod est a diuina prouiden-  
tia ordinatus. vñ si ordo diuinā prouidentiae habet  
quod aliquid fecus agatur, non est inconueniens.

AD XV. dicendū, q̄ non dī aliquid esse falsū  
simpliciter, & alicui, sicut aliquid dī esse impossibile  
simpliciter, & alicui: sed esse falsū simpliciter, un-  
de Deus non potest scire aliquid falsū, sicut non  
pōt facere aliquid impossibile, qd̄ simpliciter est im-  
possibile: & tamē sicut potest facere aliquid impos-  
sibile alicui, ita potest facere aliquid ignotū alicui.

AD XVI. dicendū, q̄ omne p̄ accidēs reducit  
ad aliquid quod est p̄ se: vnde nihil prohibet aliqd̄  
quod est per accidēs (ad id quod est p̄ se redactum)  
esse magis tale, sicut nix sua albedine disgregat uisū  
magis q̄ albedo parietis, eo q̄ albedo niuis est ma-  
ior albedine parietis: similiter remotio cursū Sor-  
tis est impossibilis p̄ hoc, q̄ reducit ad hoc impossi-  
bile p̄ se: p̄teritū non fuisse, qd̄ dictionē implicat. vnde  
nihil prohibet hoc esse magis impossibile, q̄ id qd̄ est  
impossibile alicui, quā nō sit impossibile per accidēs.

AD XVII. dicendū, q̄ in re qualibet naturali est na-  
turalis ordo, & habitudo ad causas oēs superiores.  
Et inde est q̄ illa quae sūt in corporibus inferioribus  
ex impressione caelestium corporū, non sunt violen-  
ta: licet videantur esse cōtraria naturalibus motibus  
inferiorum corporum, vt patet in fluxu, & refluxu  
maris, qui sequitur motum Lunae. Et multo minus  
est violentum quod a Deo fit in istis inferioribus.

AD XVIII. dicendū, q̄ quanto aliqua virtus actiua  
est altior, tāto eandē rem potest perducere in altio-  
rem effectū, vnde natura pōt ex terra facere aurū  
alijs elemētis commixtis, quod ars facere nō pōt,  
& inde est, q̄ res aliqua est in potentia ad diuersa  
secundum habitudinem ad diuersos agentes: vnde ni-  
hil prohibet, quin natura creata sit in potētia ad ali-  
qua fienda per diuinam potentiam, quae inferior po-  
tentia facere nō potest. Et ista vocatur potētia obe-  
dientiae, s̄m q̄ quelibet creatura creatori obedit.

AD XIX. dicendū, q̄ ordinatio cuiuslibet rei crea-  
tae ad suam operationem est a Deo: unde, si ex diu-  
na prouidentia praeter rerum naturalium operatio-  
nē producitur aliquis effectus, nō est inconueniens.

AD XX. dicendū, q̄ licet Deus faciat aliquem ef-  
fectum praeter actionem causae naturalis, non tamē  
tollit ordinem causae ad suum effectum: unde, & in  
igne formacis remanebat ordo ad comburendum,  
licet non combureret tres pueros in camino.

AD XXI. dicendū, q̄ qn̄ Deus agit aliquid cōtra  
cursū naturā, nō tollitur totus ordo vniuersi: sed  
cursū, q̄ est ex ordine vnius particularis rei ad alia.  
vnde non est inconueniens, si aliqui contra cursū  
naturā aliquid fiat ad salutem hominis, quae consti-  
tuit in ordinatione ipsius ad vltimum finē vniuersi.

ARTICVLVS II.

Primum omnia quae Deus facit praeter causas naturales, vel  
contra cursum naturae, possunt dici miracula.

Secundo quaeritur vtrum oia quae Deus facit praeter  
causas naturales, vel cōtra cursū naturae, possunt  
dici miracula. Et vñ q̄ non: quia sicut ex verbis  
Aug. hēri potest, Miraculum est aliqd̄ arduum, & in-  
solitum supra facultatem naturā, & praeter spem ad-  
mirantis apparēs. Aliqd̄ autem Deus operatur con-  
tra cursū naturā, & in minimis rebus: sicut cum  
ex aqua facit vinum, lo. secundum capite, quae tamen  
operatio praeter operationē causarum naturalium  
fuit, ergo non omnia quae Deus facit praeter causas  
naturales, miracula dici possunt.

¶ 2 Praet. Quod frequēter accidit, non pōt in solū  
dici: sed hōi opationes diuinā praeter causas natu-  
rales Apostolorū tpe frequēter fiebāt. vnde dī Act.  
5. q̄ in plateis ponebantur infirmi, &c. ergo hōi  
non erant insolita, & ita non erant miracula.

¶ 3 Praet. Illud quod natura potest operari, non est  
supra facultatē naturae: sed qn̄q; diuinitus sunt praeter  
naturales causas, q̄ et natura facere posset, sicut pa-  
tet cum Dñs curauit focrum Petri a febris, quibus  
tenebatur, ut dicitur Luc. 5. ergo non fuit supra fa-  
cultatem naturae, & ita non fuit miraculum.

¶ 4 Praet. Mortuū reuiuiscere, nō pōt cōtingere p̄ ope-  
rationē nālis cāe: sed resuscitatio mortuorū, quae Deo  
i fine oēs mortuos viuificabit, est a sātis expectata.  
vñ i simbolo dī. Expecto resurrectionē mortuorū.  
ergo nō oē illud qd̄ Deus opatur praeter cās natu-  
rales, est praeter spē humanā, & ita nō est miraculum.

¶ 3 Praet.